Si aliquis uerberauerit aliquem, aut oss illi franget, aut uesti-
 menta alicui tollet, aut / uerba in quibus possunt esse calumpnie di-
 30 xerit, si testes inde dentur, et testimonium faciant, medietas calumpnie
 illius est qui testes dederit, et altera / medietas prepositi uille. Sed si
 testes non dederit, et ad iuram peruenierint et iura redempta sit, ibi cla-
 mans non parciat, quia omnis calump / nia preposito uille erit, et post-
 quam clamatoria facta erit, clamator sine merino condonare non po-
 35 terit, nec merinus iuram condonare / pro aliqua redemptione sine cla-
 matore, et qui iniuriam fecit, debet se submittere in mercede illius cui
 calumpnia fecit.

9	prandidit.	17	suam.	redemptionem sine da-
10	pro.	19	fuerit.	matore.
11	fidancia.	28	os.	37 calumpniam.
12	Arcaldi.	33	per quam.	
15	calumpniam.	35	per aliqua m	

51. De lapide.

Quicumque lapidem per iram iactat et percutit hominem .D. solidos, et si iactat, et usque ad hominem non pertineat .CC.L. solidos et si ultra passat, et hominem non percuciat .D. solidos pariet.

52. De mauro.

5

Si captus mauros alicuius hominis aut bestia hominem percusserit, si negat, cum duobus legitimis / testibus christianis debet probari, et si probari non potest, senior mauri aut bestie quod hoc malum non fecisset debet iurare, et si iurare non uult, / maurum aut bestiam reddat.

53. De domino.

10

Si senior uille dicat: "tu hoc malum fecisti", nulla responsio debet fieri, quia senior est / et quicquid illi placuerit, aut bonum, aut malum dicere poterit, si clamans ibi non adsit, sed ille clamans de manu domini non debet recipi, sed / cla[m]ans pro semetipso debet clamare, et dominus secundum forum amborum debet iudicare.

15

54. De pesquisa.

Nullam pesquisam habemus per forum / contra ullum hominem pro nullo placito, sed testes, aut iura, aut bellum si francus est propter debita de censu de .X. solidos in super.

55. De christiano, et iudeo. /

20

Si aliquis iudeus debet aliquid christiano, et iudeus uult negare, cum testimoniis debet probare, si francus est cum uno franco et uno iudeo, si homo / de foris est, cum uno homine de foris et cum uno iudeo. Et iudeus ad christianus similiter. Et si aduenerit ut christianus habeant cartam, non potest negare iudeo, / quia carta facta de rabbi ua- 25 let quantum testes contra iudeos, sed opus est iudeo ut monstret ad illum qui cartam tenet quomodo paccavit eum cum / testibus, et si non potest probare, iuret ille qui querit quod non fuit paccatus, et paget illum, et si moritur iudeus, filii iudei debent facere quemadmodum pater suus debet facere hoc qui suprascriptum est si cartam habet 30 christianus. Sed si christianus moritur, et filii sui censum demandauerint, et cartam inde / habuerint, opus est ut iudeus monstret quomodo paccavit eum ad suum patrem, et si non poterit probare cum testibus, iurabit filius qui cartam habet quod non iuit / pagatus de illo censu sui patris, et pagavit. Sed si christianus contra iudeum plaitum habet, 35

6 captivus.
12 quidquid.
23 si] est homo de
foris, [cum.

24 Christianum.
24 habeat.
27 pagavit.
28 pagatus.

30 suis debebat.
32 quando pagavit.
33 suam.
35 pagabit.

aut de censu, uel batetura, aut de nulla causa, si non habue/rit car-
tam aut testes, cum una iura se debet saluare iudeo, ⁊ passabit, ⁊ chris-
tianus cum una iura contra iudeum, ⁊ passabit similiter si non habet
tes/tes.

5

56. De esperinno.

Si aliquis esperinno furauerit, pectauerit .C. solidos seniori espe-
rinno, ⁊ si clamum exit inde, pectabit .LX. solidos calumpnie, ⁊ si / mu-
tatus fuerit, de unaquaque muta .C. solidos pariet. De falcone ⁊ de
accipitre similiter.

10

57. De gallina.

Quicumque gallinam, aut anserem, / aut anetam furauerit se
tercium debet furtum reddere, ⁊ LX. solidos parie, ⁊ qui anem cantan-
tem de gaiola furauerit .LX. solidos pariet.

58. De columbo. /

15 Quicumque columbum de columbario in laqueo caperit, de unoquo-
que quinque solidos dabit, ⁊ si de columbario furauerit, furtum se ter-
cium reddet, ⁊ LX. / solidos pariet.

59. De lesda.

In die iouis non capiantur lesde, nisi de hoc quod cum roa mensu-
20 rantur; ⁊ burgenses, per totam septimanam uendent se/dentem in
domum suam, ⁊ non dabunt lesdam, nisi in die mercurii ex ora nona
usque in die iouis, usquequo sit nox; quicumque ad forum uenerit non
debet / esse pignoratius nisi sit debitor aut fidancia, ⁊ aliquis homo de
foris non mittat arma in foro, nisi sit transgressor, ⁊ si miserit, om-
25 mittet arma, / ⁊ non dabit caloniam.

60. De canibus.

Quicumque leporarium aut alan furauerit, .C. solidos pariet ⁊ de
calumpnia .LX. solidos, ⁊ qui podencum fura /uerit, se tercium red-
det, ⁊ .LX. solidos ad regem pariet. De gozi qui domum custodit qui-
30 quumque furauerit aut occiderit, se tercium reddet, ⁊ dabit .LX. / soli-
dos calumpnie.

1	batadura.	11	anserem.	21	lesdam]. Et [in
5	esperinno.	11	anetam.	die.	
6	esperinno.	12	anem falta.	24	ei [si.
6	pectabit.	17	⁊ LX solidos	24	ommutet.
6	esperinno.	pariet, falta.		27	leporarium.
7	damnum, por	18	lesda.	27	alanum.
clamum.		20	segetem in	29	goiz.
8	muta.		suam domum.		

61. De hominibus de foris.

Homines de foris non debent unum deferre in uillam causa reponendi, et si affert unum perdet, et ille in cuius domo manserit. / LX. solidos calumpnia dabit, et medietas erit senioris uille, et altera medietas consilii uille.

5

62. De sermonibus turpis.

Isti sunt sermones in quibus sunt calumpnie, scilicet / latro probatus, traditor detectus, os fetidum, nomen casteie, sed si ille qui dixerit negare uoluerit, et alius poterit probare cum legalibus testibus, pro unius istis uerbis / .CC.L. solidos calumpnie, et si non habet testes, 10 iurabit ille quod non dixit, et passabit. Sed si manifestauerit et dixerit quia propter iram dixit et non propter hoc ut hoc / sciam in te, iurabit sic, et dabitur calumpnia .VI. solidos, et VI. denariis, et VI. meailas, et passabit.

¹⁷ Et omnes homines de foris ex ora nona diei / (fol. 7) mercurii, 15 usque ad noctem diei iouis, ex omni segete quacumque ad roam mensurauerint, emenda dare debent peditibus / de alcaiat de castello.

63. De franco et nauarro.

De iudicio si est inter francos et nauarros de omne pleito quod habebant / nauarri cum francis, cum testibus debent probare unus ad 20 alium, pro uno nauarro et uno franco, et francus non debet esse de uillis de / foris, set de ciuitate aut de burgo regis, et nauarrus debet esse de Lizagorria citra, aut de ponto Archeta citra, aut de / Pampilonia citra, aut de ponto Sancti Martini citra, et debet habere suum focum et suam mensam. Sed si testes unus contra alterum non / habuerint, de 25 toto pleito cum una iura erint liberi.

64. De bestia quadrupedis.

Nullus homo bestiam quadrupedis / sine firmes emat. Si auctor qui exit de bestia sit francus, contra francum donet autorem, et auctor sit francus, et dicat: "nunquam / fuit tua", probabit cum duobus francis, et 30 habebit suam bestiam, et si auctor est nauarrus et dicat: "nunquam fuit tua", ille qui querit probabit cum uno franco et altero nauarro, et francus contra illum similiter.

¹⁷ La inicial está en tinta roja, pero no lleva título, ni espacio para él.

6 De turpis sermonibus.
9 potest.
10 uniuersis, *por*
unius.
12 quod.

16 quancumque.
17 emendam.
19 habeant.
20 Francis.
21 aliud.
23 Pampilona.

26 plaito.
27 quadrupedis.
30 Francis, [et ha-
beht.
32 querit, *falta*.

65. De domo.

Si aliquis uendiderit suam domum / aut suam hereditatem, ⁊ debuerit aliquod censum alicui, ille cui censum debetur, bene poterit sigillare ad comparatorem, usque / faciat illi suum censum dare, aut fi-
 5 danciam de directo dare.

66. De testibus.

Si aliquis de testibus fidanciam dederit per censum aut per uer-
 berationem alicui, si ad diem placiti testes dare non poterit, propter
 hoc non debet dare calumpniam. Sed si / iusticia dicat: "tu censum
 10 cepisti, aut tibi conuentum est censum, quapropter rex perdidit suam
 calumpniam", debet se saluare per unam / iuram, quod censum non
 sibi conuentum, neque accepit, quare rex perdidisset suam calumpniam,
 ⁊ erit liber. Set si calumpniauerit / hereditatem, ⁊ testes non poterit
 dare uel calumpniam uincere, regi .LX. solidos debet calumpnie.

15

67. De iudicio arcaldi.

Postquam / iudicium de arcaldo datum fuerit, ⁊ ipse iudicabit iuram
 aut testes dare ad diem nominatum, est forum placitandi / usque ad
 terciam. ⁊ qui iudicium non compleuerit usque ad terciam erit uictus.
 uel si aliquis illorum usque ad terciam ad placitum non uenerit, erit
 20 uictus.

68. De burgensibus.

Si unus burgensis alteri burgensi suum censum negauerit, ⁊ cum
 / testibus probare poterit, suum censum reddet illi, ⁊ quinque solidos
 calumpnie dabit. Ex quibus medietas erit illius qui testes dederit, / ⁊
 25 altera medietas iusticie. Sed si negauerit ⁊ ad iuram uenerit, qui negat
 ⁊ suam iuram redimit, tantum quantum suam iuram / redimit, tan-
 tum calumpnie iusticie dabit, ex sexaginta solidos infra. Set si capitale
 est plus quam sexaginta (sic) solidos, reddet / capitale, ⁊ .LX. solidos
 calumpnie regi, ⁊ non plus.

69. De foro.

Foro ut omnes uadant in oste sicut suprascriptum est, / sed multe
 occasiones superueniunt quibus non possunt ire in oste sicut sunt in-
 firmitates, uel si mulier iacet in partu, / uel si uicinus non est in hac
 patria, uel si uicinus est in alia uilla de Nauarra ⁊ non audit preconium

2 aliquem.
 3 cui] census.
 8 aliqui.
 10 conuentus.
 10 census.
 11 pro una iura.

11 census non est
 sibi conuentus.
 13 Sed si calup-
 niam erit [heredita-
 tem.
 16 arcalde.

18 non, falta.
 31 est] scilicet
 [multe.
 32 siunt.
 34 alia, falta.
 34 preconum.

de oste, uel si pater suus, / uel mater, uel uxor, iacent ad obitum mortis, per nullam aliam causam non debet remanere quod non uadat in ostem uel mittat / suum pedonem, uel habeat amorem de iusticiis de uilla. Et si non habet ullam occasionem de istis, ⁊ non exierit nec miserit / in ostem, pectet caloniam .LX. solidos.

5

70. De alio foro.

Forum est quod nullus uicinus accipia loger de suo uicino per ullum / iudicium quod habeant inter se, exceptis iusticiis de uilla, quia rex perdidit inde suum directum, ⁊ uilla perdit suum forum, / ⁊ pauper homo perdit suum iudicium, ⁊ si potest probari uicinus quod accepit loger 10 de suo uicino per ullum iudicium, debet caloniam regi. LX. solidos.

(Pol. 8).

Hic suprascriptum forum uel donatium dono uobis ⁊ concedo a confirmo omnibus hominibus de Estella tam maioribus quam minoris tam futuris quam presentibus, ⁊ filiis hac filiabus uestris, sine uestre 15 generationi, ⁊ omni uestre posteritati, uel uestris successoribus qui / in Estella populauerint, quod habeatis illum saluum ⁊ ingenuum, liberum ⁊ francum per infinita secula seculorum amen Salua / mea fidelitate ⁊ de omni mea posteritate, per omnia secula seculorum.

Signum regis (signo) Sancii Nauarre.

20

Facta carta in mense Aprilis in Estella, sub era. M. CC. II.

Regnante me Dei gratia rege, in Pampilona, in Estella, in Logroino ⁊ in Tutela. Episcopo Sancio in Pam/pilona¹⁸. Comitte Vela in Alaua. Rodric Martinez in Marainon. Petro Roiz in Estella, ⁊ sub ipso / alcaiat in illo castelo: Gil de Leorin. Arcald Petrus Guilelmus. Prebost 25 Julian. Saion Peire Guilom de / Lerraga. Sancius Remirez in Legin ⁊ in Sangossa ⁊ in Funes. Semen de Auar in Roncal ⁊ in Saralaz. Sanz / Ezcherra in sancta Maria de Iussua ⁊ in Cabaros. Martin de Lecht in Petraalta. Semen Azenariz in Tafailia. / Aznar de Rada in Falces ⁊ in Balterra. Petro de Arazuri in Lerraga, in Tutela ⁊ in Lo- 30 groino.

Ego Exssiminus scriba iussu domini mei regis. Sancii. hanc cartam scripsi, ⁊ de manu mea hoc signum. ✠. feci.

18 La existencia de este obispo, rechazada por Yanguas, la tengo comprobada por diversos documentos originales, así como la de un sucesor suyo —Pedro Compostelano— tampoco citado por los historiadores.

10 perdidit.	23 Episcopus Sancier.	28 Scannaria de iusua.
10 uicino.	23 in este, por Comitte.	29 Azenaire [in.
10 accipiat.	24 Rodric, por Rodric.	30 Daracuri.
14 minoribus.	27 Senior de Aybar.	32 Ego Exssiminus scriba..., falta.
15 ac.	27 Sarasaz.	
16 generationis.		
17 ingenuum.		
20 Signum regis Sancii Navarre, falta.		

FUERO DE ESTELLA

Siglo XIII.

[I]n dei nomine. Hec est Carta auctoritatis ⁊ confirmationis quam ego Theobaldus dei / gratia Rex Nauarre, Campanie ⁊ Brie, Comes Palatinus, facio uobis omnibus hominibus / de Stella, tam maioribus, quam minoribus presentibus ⁊ futuris. Placet mihi libenti animo ⁊ spontanea uoluntate ⁊ propter ser / uicium quod mihi fecistis ⁊ facitis cotidie, quod ego dono ⁊ concedo uobis ⁊ successoribus uestris illos bonos ioros quos / Sancius Rex, cui requies sit, dedit antecessoribus uestris quando populauit Stellam. Et sunt tales. In primis hoc dedit illis, / quod non iuissent in ost, nisi cum pane trium dierum, ⁊ hoc esset per nomen de lit campal, aut nisi Rex esset circumdatus / de inimicis suis. Et si dominus domus illuc ire noluisset, misisset pro se unum pedonem armatum. Et si unum istorum non / fecisset, dedisset de calonia .LX. solidos. Et in quocumque loco comparassent uel adquisiuisent, in Stella uel extra Stellam, / hereditatem uel censum alicuius hominis, uel sibi data fuissent, habuissent eam liberam ⁊ quietam sine aliquo impedimento. Et / posquam uno anno ⁊ una die tenuissent illam hereditatem ⁊ illud censum sine mala uoce, quicumque eis illam heredi / tatem uel censum impedire uel auferre uoluisset, dedisset Regi .LX. solidos, ⁊ insuper confirmasset eis hereditatem uel / censum. Et quantum in uno die potuissent ire ⁊ in alio redire, habuissent semper pascua ⁊ montes ⁊ aquas in / omnibus locis, sicuti homines qui sunt in circuitu Stelle habent in suis terminis. Et quod non fecissent duellum cum hominibus / de ioris pro nulla causa, sed dedissent testes inuicem unum nauarrum ⁊ unum francum. Et quod faneus sit uicinus Stelle. / Et talis quod non teneatur dare alicui dominio pectam nomine villanie saluo in censu, ⁊ nauarrus debet esse citra Liça / gorriam, uel citra pontem de Arqueta, uel citra pontem sancti Martini de Viss¹⁹, ⁊ debet habere ignem suum ⁊ mensam / suam, sed si testes non habuissent dedissent unam iuram. Et quod nullus fuisset captus dando fidanciam de dreit, uel / de suo pede. Et si aliquis illorum cum aliqua femina, excepta maritata, fecisset

19 Hay una raspadura y parece que puso primero Vns: San Martín de Unx, villa en el partido judicial de Tafalla (?). En San Martín de Unx no hay puente ni ha podido haberlo. En Estella hubo en el siglo XII un puente llamado de San Martín (Xepes, *Cron. San Benito*, III, apéndice escrit. XXI) que corresponde al actual del Azucarero. Entre Aramendia y Muneta hubo un poblado con el nombre de San Martín, ya desaparecido (Dicc. Geog. hist. de la R. A. II., t. II, pág. 299.) Finalmente hay lugar de San Martín en el mismo partido de Estella, Ayuntamiento de Amescoa Baja. Véase el cap. 66 de este fuero y los caps. 19 y 63 del fuero 1164.

fornicationem uoluntate mulieris, non / habuisset caloniam. Et si fuisset causa quod eam forciasset, pariasset eam, uel accepisset in uxorem, ⁊ hoc est pa / riare. Si mulier non est digna ut sit uxor illius, debet ille qui forciauit eam, dare illi talem maritum, unde / fuisset honorata ante quam habuisset eam secundum prouidentiam arcaldi ⁊ iuratorum Stelle. Si uero noluerit dare talem / maritum, accipiat eam in uxorem, ⁊ si non uoluerit facere unam de istis duabus causis: mittat suum corpus in manibus pa / rentum mulieris ad uoluntatem illorum. Si autem ille qui forciauit non est dignus ut habeat eam uxorem, debet illi dare / talem maritum, unde fuisset honorata ante quam habuisset eam, secundum prouidentiam arcaldi ⁊ juratorum Stelle, sicut / suprascriptum est. Et si non uoluerit, uel non potuerit hoc facere, mittat suum corpus in manibus parentum mulieris ad uo / luntatem illorum. Et si mulier forciata se clamasset prima, uel .II. uel .III. die, approbasset hoc per ueridicos testes / Stelle. Et si mulier potuerit probare, faciat ille qui forciauit eam, directum supra- scriptum, ⁊ reddat Regi .LX. solidos. / Post tres dies transactes: nichil ei ualuisse²⁰.

[Et] si aliquis illorum iratus contra uicinum suum arma traxisset, lanceam, spadam, maçam, uel cultrum: pariasset mille solidos, uel / didisset pugnum. Et si unus occidisset alium, pariasset .D. solidos. ⁊ si unus alium cum pugno percussisset, uel ad capil / los apprehendisset, pariasset .LX. solidos. Et si in terram iactasset, pariasset .CC.L. solidos. Et si aliquis in domo uicini / sui intrasset uel pignora traxisset per uim, pariasset .XX.V. solidos domino domus, sed si fidaça fuerit, bene debet pigno/rare sicut est forum. Et quod prepositus Regis non accepisset caloniam de aliquo homine de Stella nisi per lau- damentum de .VI. bonis / uicinis de Stella. Et nullus ex omnibus ho- minibus de Stella fuisset ad iudicium in aliquo loco nisi in Stella. Et si homo / de Stella fuerit inuentus foras in aliquo loco, ⁊ aliquis homo de foris habuerit rancuram de illo, ueniat cum eo ad Stel / lam ⁊ ac- cipiat dreitum ad forum Stelle, quia non debet recipere iudicium de arcaldis de foris²⁰ (fol. 2).

[E]t si aliquis falsam mensuram, uel pesum, uel cubitum, uel cordam, tenuisset, pariasset Regi .LX. solidos. Et quod / nullus homo possit esse liber contra francos de Stella, uel contra iudeos de ali- quo debito. Et quod ullus / nauarrus uel presbiter de foras non pos- sit populare in Stella sine uoluntate Regis, ⁊ arcaldi, ⁊ prepositi, ⁊ juratorum Stelle. / Et ulli homines de foras ex quo intra Stellam in- trauerint per malivolenciam aliquam uel propter homicidium quod unus habeat contra alterum, / non se debent percutere, ⁊ ulla arma unus con- tra alterum non debet trahere ⁊ si hoc faciunt, si homines uille uerbe- rauerint aut occiderint / eos, propter hoc non dabunt calumpniam.

²⁰ Espacio en blanco para la rúbrica e inicial del capítulo.

1. [De domo.]

[S]iquis introierit aliquam domum per uim ⁊²¹, trahit inde aliquam rem, debet / dare domino domus, si dominus posset illum constringere pro semetipso .XX.V. solidos. Tamen si pro semetipso non posset illum constringere, ⁊ fecerit / inde clamum domino uille, medietas caloniae erit sua ⁊ alia medietas domini uille.

2. [De cisso.]

[S]i aliquis tenuerit / domum ad censum ⁊ noluerit paccare censum ad terminum, dominus domus faciet talem pignoram, qualem ipse uoluerit facere in illa / domo, ⁊ si noluerit, claudet portas aut iactabit eas, ⁊ si ille qui domum tenuerit ad censum noluerit exire de illa do / mo ammonitus a domino domus, ideo non laxabit pro eo dominus claudere portas domus, ⁊ porte non claudentur propter aliud, nisi / tantummodo propter censum. Similiter de uinea ⁊ de campis. Et sciendum est, quod si transacto anno ⁊ una die, ille qui debet persolvere / censum, non persoluisse censum domino hereditatis, dominus hereditatis intrabit hereditatem suam ⁊ faciet ex ea suam propriam no / luntatem.

3. [De orto.]

[D]e orto ubi portas habuerit, aut de uinea si portas habuerit de calonia .XX.V. solidos domino vi / nee aut orti si per semetipsum potest illum constringere, sed si per semetipsum non potest illum constringere, medietas calumpnie erit / domini uille, ⁊ altera medietas illius cuius uinea erit aut ortus, ⁊ istam calumpniam dabit ille qui per uim in uinea aut in / orto intrauerit, ⁊ hoc quod per uim rapuit reddet domino, ⁊ si quis uineam aut ortum ubi porte non fuerint per uim intrauerit .V. solidos / domino vinee aut orti dabit, ⁊ hoc quod rapuit reddet.

4. [De molendino.]

[S]iquis intrauerit molendinum per uim de calo / nia .XX.V. solidos molendinam, autem Regis .LX. solidos.

5. [De orto et uinea.]

[T]amen si aliquis furatus fuerit in domo aut in orto, / atque in uinea, habet ibi de calonia si potest probari .LX. solidos domino uille, ⁊ latro debet reddere furtum triplicatum domino domus, / aut orti, aut vinee, ⁊ amicituras scilicet .III. solidos.

21 Corregido entre líneas, uel.

6. [De arbore incisso.]

[S]iquis sciderit arborem uicini sui per uim, de orto aut de / uinea clausa, de calonia .XX.V. solidos, ⁊ debet tornare similem arborem in eodem loco, ⁊ debet reddere fructum uniuscuiusque anni quem / arbor cisa deferebat domino arboris, donec arbor sit nutrita ⁊ portet fructum. Si in uinea plana arborem sciderit aut in / campo .V. solidos, ⁊ faciat iam dictas conueniencias. Et siquis sarmentum, aut racemum, aut vimen in aliena hereditate uicini / sui sciderit de primo sarmento, ⁊ de primo racemo, ⁊ de primo vimine, dabit domino hereditatis .V. solidos de calonia, ⁊ / de omnibus aliis de uno quoque .XII. denarios. Et si aliquis colligit caules de die in orto sine clausura, dabit de calonia .V. / solidos, ⁊ reddat hoc quod accepit, ⁊ si clausus fuerit .XX.V. solidos domino hereditatis de calonia, ⁊ si non potest probare cum testibus, / debet iurare ille qui negat, ⁊ erit solutus. Si custos uinearum aut camporum uiderit aliquem intrantem in uineam, aut pascentem / campos, custos probabit ei cum sua iura ⁊ alius dabit totam caloniam. Et est sciendum quod tale est calonia, quam si equus, uel / equa, aut roncinus, mulus, uel mula, asinus, uel asina, taurus, bos, uel euaca, porcus, uel porca, unaquaque istarum bestiarum / dabit domino hereditatis de calonia .VI. denarios, ⁊ emendabit totum dampnum. Aries, uel ouis, ircus, uel capra, unaquaque istarum bestiarum / dabit de calonia .III. denarios, ⁊ emendabit totum dampnum domino hereditatis. Si custos uinee fuerit uerberatus de die, si non / potuerit probare per testes, accipiat iuram de illo, de quo fecerit querelam. Si uero de nocte fuerit uerberatus, leuabit ferrum ille / de quo facta fuerit querela, ⁊ si non fuerit crematus, pectabit Regi custos uinee .LX. solidos.

7. [De domo.]

[S]iquis uicinus / Stelle intrauerit de nocte in aliquam domum postquam porte domus erunt clause, ⁊ ignis erit extinctus ⁊ homines iacuerint, ⁊ / dominus domus aut aliquis sue familie audierint illum ⁊ uoluerint illum capere, ⁊ ipse qui intrauit domum se uoluerit defendere, aut fugere, ⁊ in defensione illa erit mortuus, non debent inde homicidium dare; tamen si capiant illum uiuum, non debent illum interficere postea. Sed dominus domus potest illum facere redimere, si uiuus fuerit captus, ⁊ redemptio illa erit sua / tota, sed reddere debet hominem baiulo domni uille. Et dominus domus potest illum dimittere, si non accipit ab eo redemptionem, / (fol. 3) ⁊ propter hoc non habet dominus uille caloniam super dominum domus, tamen si dimiserit illum ⁊ postea latro fecerit inde clamum de cap / cione illa, dominus domus debet illi respondere. Et si aliquis ex parentibus interfecti dicet illi qui hominem interfecit: "tu occidisti / parentem meum alio modo

et non in domo tua"; interfector debet iurare, et saluare se per ferrum, quod sic interfecit illum nocte in / domo sua, et non per aliam maliuolenciam, neque per aliam inimiciciam, et exierit inde sanus, et illesus a ferro, parentes debent, / et ille non debet homicidium dare, sed possunt facere bellum si ambobus placet, sed hoc non est forum.

8. [De peregrino.]

[S]iquis peregrinus aut negociator hospitatus fuerit in aliqua domo et perdidit ibi suam auere, et dixerit hospiti suo, aut uxori, / aut filiis, uel filiabus, seruis, uel ancillis: "tu habuisti meam pecuniam et eres latro inde et conscius", si responderit: "non", debet iurare, et saluare se per bellum, et si est uictus, reddet furtum triplatum domino, cuius erit pecunia, et dabit Regi .LX. solidos / pro furto, et .LX. solidos pro bello, et de istis .XX. solidos erunt merini, et alii .XX. solidos arcaldi, et alii .XX. solidos domini / ville, tamen si non est uictus de bello, peregrinus aut negociator persoluent illos .LX. solidos domino ville. Similiter si ille qui hospi / tatus fuerit, furatus fuerit peccuniam domino domus, debet respondere per suprascriptum iudicium. Et si forte ille qui criminatus fuerit non ha / bebuit tantam peccuniam quanta erit illa pro qua erit criminatus, et fuerit uictus in bello, debet se reddere manifeste pro latrone, cum / toto mobili suo et cum tota hereditate sua, cum una iura quod plus non habet.

9. [De pignore.]

[S]iquis miserit domum suam / aut suam hereditatem in pignus usque ad unum statutum terminum, et ille qui mittit domum aut hereditatem suam in pignus, facit conueni / enciam cum alio, quod si non redimit illam domum, aut illam hereditatem ad illum statutum terminum sit sua et quod possit facere ex illa / domo aut ex illa hereditate suam propriam uoluntatem, nisi habuerit bonas fidancias de illa conuenientia, non ualebit illa domus / illi, neque illa hereditas. Et si aliquis mittit suam hereditatem in pignus sine termino, ille qui mittit in pignus suam hereditatem, non / redimet illam hereditatem nisi quando uoluerit, et hoc erit in uoluntate illius qui misit hereditatem in pignus, et non in uoluntate illius qui / tenet in pignus hereditatem. Et si quis mittit suam hereditatem in pignus alicui, et ad terminum statutum, et non dabit inde ei fidancias salue / tatis, ille qui mittit in pignus illam hereditatem non redimet illam si non uult, sed si dat illi fidancias saluetatis de illa heredita / te, et dat sibi similiter fidancias ut reddat ei accomodatam pecuniam ad statutum terminum, ille qui misit hereditatem in pignus redimet / illam hereditatem si uult ille qui tenet hereditatem in pignus, si terminus est transactus.

10. [De prestito.]

[S]iquis accomodauerit alicui pecuniam suam, scilicet .XX. aut .XXX. aureos, pro .XL. aureos, et ad terminum statutum, et insuper facit conuenientiam cum eo / quod si ad illum statutum terminum non persoluisset ei illos .XL. aureos, quod sint .LX. uel .LXX. et dat inde fidancias de / hoc suprascripto, debitor dabit omnes aureos accomodatori, si ipse uult eos capere.

11. [De marito.]

[S]i maritus moritur mulieri, et habet ex ea filios, et postea uult ducere alium maritum, illa mulier debet sortiri cum / filiis et filiabus suis quicquid lucrata fuerit pecuniam et hereditatem cum suo primo marito per medietatem, sed si mulier habebat aliquam hereditatem de patrimonio suo, aut ex aliquo alio modo ante quam nuberet marito, de hoc nichil dabit filiis / uel filiabus suis, et si contingit quod accipiat duos maritos, aut tres, et de omnibus habebit filios, et filii interim non / petunt matri partem patrum suorum, et postea adhuc ducit alium maritum, et tunc ueniunt filii et petunt matri sue partem, / mater det unicuique filiorum suorum partem de omni hoc quod lucrata fuerit cum patribus suis, et de alia causa non. Et si filii / sunt parue etatis aut magne et nolunt sortiri cum matre sua, mater non potest illos constringere, et si filii uolunt sortiri / bene possunt matrem constringere cum iusticia regis. Et si filii sunt parui et non sunt etatis .XII. annorum, et pater eorum ad / obitum suum fecit cabeçalarios, illi cabeçalarii possunt sortiri cum matre uice filiorum, et dare fermes si uolunt, et / possunt etiam uendere et in pignus mittere hereditatem ad opus filiorum, et habebit ratitudinem, et cabeçalarii possunt constringere / matrem pro filiis et mater non potest constringere cabeçalarios. Et si forte contingit quod mater sorciatur uel non sorciatur cum / filiis uel filiabus suis et uult facere de hoc quod illi pertinet aliquod donatium marito suo, aut cuilibet alii homini / (fol. 4) excepto adultero, illud donatium habebit ratitudinem si dat ei fermes. Et si uenit ad obitum mortis et facit ei dona / tium de hoc quod illi pertinet, non sunt ibi fermes necessarii, sed solummodo cabeçalarii, et cabeçalarii non debent iurare, / sed debent dicere Deo et suis animabus: "nos audiuimus et uidimus hoc donatium facere". Sed sciendum est quod si mulier habens / uirum suum legitimum stans in sua salute corporali uel ad obitum mortis uellet dare aliquid de mobili uel de hereditate, illi adultero cum quo ipsa facit adulterium, hoc nullomodo possit facere, et si forte fecisset non ualeat illud donatium adultero, siue / habeat inde fermes siue non. Et si non sunt ibi cabeçalarii, et est ibi capellanus parrochie, ualebit, dicendo tamen sicut cabeçalarius, et si contingit quod mulier aut homo sint subito grauiter districtus et non sint ibi homines neque capellanus, si sunt

ibi / due mulieres honeste, illarum testimonium ualebit quemadmodum cabeçallariorum. Et si aliquis moritur in heremo loco, ⁊ erit / ibi unus homo fidelis aut una fidele femina, testimonium illius ualebit quemadmodum cabeçalariorum. Et si maritus facit / donatium sine consensu mulieris de hoc quod pertinet mulieri, non ualebit, sed si facit donatium de hoc quod sibi pertinet, / ualebit. Et si mulier audit facere donatium ⁊ est in illo loco ⁊ tacet se, si non auctorizat, donatium non ualebit, ⁊ si mulier uiuit ⁊ maritus moritur, quamuis sint ibi filii, quantum mulier uoluerit stare in uiduitate, erit domina ⁊ / potentissima totius hereditatis, sed ratione uiduitatis non tenebit mobile, sed diuidat mobile cum filiis uel filiabus suis, aut / cum priuignis, uel cum omnibus illis cum quibus mobile de iure debet diuidere. Et si mulier habet priuignos, ⁊ illi priuigni non / sunt sortiti cum patre, nec habent partem matris sue, illi priuigni habebunt suam partem in tota hereditate ⁊ in toto mo / bili matris illorum quod lucrata est cum patre illorum antequam duxisset istam aliam uxorem; sed in parte patris, quantum mulier uoluerit / permanere in uiduitate, illi priuigni non habebunt partem in illa hereditate, sed habebunt partem totius mobilis; ⁊ ipsa manens / in uiduitate, non poterit uendere nec in pignus mittere partem hereditatis priuignorum, sed hoc quod pertinet filiis uel filiabus / suis potest uendere ⁊ in pignus mittere si sibi necesse fuerit, ⁊ necessitas illa sit manifesta parentibus, uel uicinis, ⁊ etiam necessitate famis filios suos uendere potest. Si filius permanebit paruus ⁊ postea perueniet ad perfectam etatem, / scilicet ad etatem .XII. annorum, ⁊ petet matri sue partem hereditatis, ⁊ mobilis patris sui, de hoc quod erit in presenti habe / bit partem in parte patris, ⁊ si filius dixerit matri: "plus habetis ⁊ possidetis de bonis patris mei", ⁊ mater dicit: "non", filius / potest habere unam iuram a matre sua, ⁊ si cabeçalarii nolunt sortiri ⁊ auus sortitur pro suis nepotibus, ⁊ dat fidancias / et accipit filiis concedentibus, ualebit ⁊ habebit ratitudinem. Et quando sorcientur, filii debent sortiri, ⁊ pater ⁊ mater debent / eligere, in omnibus hereditatibus. Et si aliquis uoluerit conducere hereditatem filiorum, ⁊ mater uoluerit eam retinere pro eodem precio mater / habeat eam dando fidanciam de precio.

12. [De homine mortuo.]

[S]iquis moritur ⁊ non facit testamentum ad horam mortis, ⁊ remanebunt filii parui, ⁊ / mater ducit alium maritum, parentes filiorum possunt sortiri ⁊ cognoscere partem patris filiorum ⁊ dare firmes ⁊ accipere, ⁊ / si mater uoluerit tenere filios suos cum hereditate sua ⁊ mobili, si mater uoluerit dare tantundem precium, quantum quilibet alius, mater / debet dare bonas fidancias parentibus filiorum, quod quando filii peruenerint ad perfectam etatem, mater reddat filiis suis predictam hereditatem ⁊ mobile cum supradicto precio. Et si interim filii moriren-

tur²², totam hereditatem suam ⁊ mobile cum supradicto precio de / bent recuperare parentes filiorum a quibus hereditas ⁊ mobile uenit. Et si filii faciunt donatiuum antequam perueniant ad etatem / .XIIcim. annorum, non habebit ratitudinem.

13. [De hereditate auorum.]

[S]iquis habet hereditatem ex parte auorum suorum potest ex ea / facere suam propriam uoluntatem, sicut ex patrimonio suo.

14. [De fidancia.]

[S]iquis miserit aliquem hominem fidanciam, ⁊ dixerit illi fidan / cie: "si dampnum uobis euenerit de ista fidançaria, ego assigno uobis talem domum aut talem hereditatem quod habeatis tenenciam super eam", / oportet quod nominet circumstantes letanias illius domus, aut illius hereditatis, ⁊ ualeat hoc tantum fidancie, ac si fidantia in propria per / sona iuisset ad illam domum aut ad illam hereditatem, ⁊ si fidancia habebit de hoc testes, ille alius non poterit illam domum / aut illam hereditatem alii in pignus mittere, donec ista fidantia liberetur, ⁊ si alius alius acceperit in pignus illam hereditatem, / nichil ualebit ei, ⁊ si primus qui missus fuit fidantia non habuerit de hoc testes, nichil ei ualebit. Sed si secundus habuerit testes, / (fol. 5) illi testes perhibeant testimonium sicut ius est, ⁊ tenebit suam tenenciam, ⁊ insuper ille qui dicit se habere tenenciam, iuret quod habet / tenenciam in illa domo aut in illa hereditate sine cuberta ⁊ sine fraude, ⁊ habeat suam tenenciam.

15. [De locatione.]

[S]iquis conduxerit / domum alicuius boni hominis uille, si dominus illius domus uoluerit se mutare in illa domo, ille qui conduxerit domum exeat statim / de domo, ⁊ reddat domino domus precium secundum quantitatem temporis quo steterit in illa domo, sed si ita est quod dominus istius domus qui eicit / istum hominem de domo sua, antequam sit annus transactus conduxit istam domum alicui alii, uel ipse dominus non remanet in eadem / domo, dominus domus persoluat illi homini quem eicit de domo sua fraudulenter, integre precium illius domus quam in uilla con / duxerit. Sed si cellarium conduxerit, aut domum in qua tenet paleam, aut orreum, aut aliqua uasa, ista non relinquet usque ad suam ter / minum. Tamen si ille qui domum conduxerit uult ire in Iherusalem, uel in aliam patriam, aut in aliam uillam, causa stationis, det pre / cium domino domus de quanto steterit in domo, ⁊ non plus, si uicinus est, sed si uicinus non est, det totum precium. Sed si

22 Escrito morarentur y corregido.

uicinus uult se / transferre per villam in alio loco, aut ducit aliquam in uxorem ⁊ uult se transferre ad domum uxoris sue, ideo nichilominus habebit totum / precium dominus domus.

16. [De uidua.]

[V]idua faciat totam uicinitatem excepto exercitu.

17. [De populatore.]

[Q]icumque uoluerit populare / in Stella ⁊ esse uicinus Stelle, hoc faciat cum consensu ⁊ uoluntate prepositi ⁊ arcaldi ⁊ iuratorum Stelle, ⁊ si domum conduxerit, / in primo anno sit immunis ab omni uicinitate facienda, sed ex illo anno in antea, faciat plenariam uicinitatem tanquam uicinus, ⁊ / habeant eum pro uicino sicut alios uicinos.

18. [De domo.]

[S]iquis fuerit hospitatus in aliqua domo ⁊ ueniet aliquis qui habeat querelam / de illo ⁊ dicet domino domus: "iste hospes uester debet mihi tantam pecuniam, uel facit mihi iniuriam, ex parte Regis uos moneo, ⁊ / uobis sigillum Regis ostendo, ut hospitem uestrum mihi ad ius secundum prouidentiam arcaldi ducatis, ⁊ quousque hoc faciat, nichil de rebus suis / eum de domo uestra extrahere permitatis", ideo dominus domus ei non tenebitur respondere, sed qui querelam habet de hospite suo insidietur ei / extra limen, ⁊ si eum extra limen capere potuerit, eum secure capiat.

19. [De latrone.]

[S]i latro aut raptor fuerit hospitatus / in aliqua domo ⁊ ueniet aliquis cum preposito ad illam domum qui habet querimoniam de illo, ⁊ ostendit illum latronem, aut illum / raptorem oculo ad oculum, dominus domus debet illum latronem. aut illum raptorem derelinquere, nisi ille latro uel raptor conquerenti fidan / ciam de iure dederit, sed qui primo latronem uel raptorem furti uel rapinae accusauerit, de his duobus criminibus ei tantummodo / respondebit, ⁊ si de istis duobus criminibus se saluare poterit, nunquam ei nec alii pro alia causa respondebit, ⁊ ille qui eum acu / sauerit debet eum in domo sua immunem reportare.

20. [De debitore.]

[D]ebitor si negat, cum duobus legalibus testibus potest / sibi probari [⁊] cum iura illius qui dat testes ⁊ cum iura unius testis, ⁊ ille qui iuram debet accipere, debet eligere inter testes quem duorum / uoluerit ad iurandum, sed si ibi fuerint .VI. testes, nullus eorum debet iurare,

sed ille qui debet pecuniam recipere debet iurare ⁊ / testes debent dicere: "nos dicimus deo ⁊ nostris animabus, quod ita uerum est". Similiter de pignore ⁊ de fidantia. De .Xcem. solidos. / aut minus, testis nunquam iurabit, sed solummodo ille qui dat testes iurabit. Inter francos uicinos Stelle est duellum pro debito / mille solidorum in supra, ⁊ bellatores debent esse francus uicini Stelle. Vnus francus uicinus ad alium pro debito .Xcem. solidorum, ⁊ infra, / dabit iuratorem francum Stelle qui habeat .XV. annos aut plus. Infançones francis similiter, ⁊ franci infançonibus similiter, sed franci ⁊ infançones dabunt rustico ⁊ iudeo pro debito decem solidorum ⁊ infra, iuratorem qui habeat .XV. annos aut plus. Et iudeus ⁊ rusticus / propria manu iurabit ex .XII. denariis in supra. Et rusticus iurabit caput compatriis sui, ⁊ iudeus secundum orientem ex .XII. denariis / ⁊ infra, sed francus aut infançon ex .XII. denariis ⁊ infra, omnibus hominibus dabit iuratorem qui iurabit caput sui compatriis aut sui patrini.

21. [De fidancia.]

[P]ostquam aliquis pignora uerit suam fidanciam non reddantur ei pignora nisi per eandem fidançariam, / ⁊ si debitor reddiderit pignora illi fidancie, fidancia non erit libera donec pecunia detur illi cui debetur. Sed si ille qui pig / nora tenebat facit querelam, ⁊ dicat: "ista pignora sunt mihi furata uel ui subtracta", ille in quo inuenit illa pignora / debet dare auctorem uicinum Stelle unde habuit illa pignora, ⁊ si talem auctorem dare non poterit, det Regi de calonia. / LX. solidos, ⁊ conquerenti sua pignora, sed si talem auctorem dare poterit, scilicet uicinum Stelle, sit liber ⁊ absolutus de calonia, sed si iste / auctor poterit probare quod ab illo qui habet querelam habuit pacifice illa pignora, sit immunis a calonia, sed si hoc probare non poterit, / (fol. 6) det Regi de calonia .LX. solidos ⁊ conquerenti sua pignora.

22. [De adulterio.]

[S]i aliquis uicinus Stelle capit aliquem hominem de / nocte uel de die facientem adulterium cum uxore sua, si maritus interficit ambos non est ibi calonia, ⁊ propter hoc parentes / uxoris, siue adulteri, non debent insidiari ei pro inimico. Et si aliquis uicinus Stelle capit uxorem uicini sui de die uel / de nocte facientem adulterium cum aliquo uicino Stelle, ⁊ poterit hoc probare per testes, mulier det de calonia Regi .LX. / solidos ⁊ adulter similiter .LX. solidos, ⁊ insuper uestes, ⁊ sint ille uestes illius uicini qui cepit illos in adulterio.

23. [De fidancia.]

[S]iquis uicinus Stelle fuerit fidancia alicui alii uicino Stelle, ⁊ ista fidancia non habebit suum auctorem in termino statuto, ⁊ uult in /

trare in causam, et facit, et concedit se firmiter debitorem pecunie, et talem debitorem, quod si in termino statuto non persoluisset ei debitam / pecuniam, illa pecunia sit duplata, si ista fidancia dederit de hoc bonam fidanciam illi cui pecunia debetur, duplatam donet ei pe / cuniam si eam accipere uoluerit. Et si quis uicinus Stelle faciet fidanciam aliquem vicinum Stelle, et ille qui fecit eum fidanciam non uult eum / redimere post terminum transactum, et erit pro illa fidancia pignornatus et faciet hoc scire auctori, et auctor nolet eum redimere, faci / at inde testes, et persoluat illam pecuniam illi cui debetur, et postea recuperabit eam in duplo, et sciendum est quod quando persoluet istam / pecuniam debet ostendere uicinis Stelle qualiter sua pignora sunt pignorata ubi iacent et eosdem uicinos facere testes. Et si / aliquis uicinus Stelle fecerit aliquem vicinum Stelle fidanciam, et pro illa fidancia ponetur in carcere Regis, non est ibi colonia. Et si fidancia / habet hereditatem in uilla, uel in termino uille, non debent illum ponere in carcere, neque in uinculis ferreis, sed debet mitti in palacio Regis, et esse / ibi sine alia prisone, et si forte exierit de illo palacio sine mandamento prepositi, det de colonia Regi .LX. solidos et redeat unde / exiuit, et prepositus non debet dare ei licenciam sine uoluntate illius cui pecunia debetur, sed si non habet hereditatem in uilla uel in termino uille / mittant eum in carcerem, aut det fidanciam quod non fugiat inde, et ille qui pecuniam debet accipere, debet dare ei quamdiu erit in carcere una / quaque die obolatam panis. Et si non dat ei panem, de tribus diebus in antea eiciet eum prepositus de carcere, aut de Palacio Regis, sed si / fidancia mittit suum auctorem in carcerem non dabit illi panem, et quamuis non det ei panem, ideo prepositus non debet eum dimittere sine li/cencia illius qui eum captiuauit. Siquis uicinus Stelle pignorabit fidantie sue fructum uincarum suarum aut agrorum, aut loguerum do/inorum suarum, aut hereditatum, tantum dampnum quantum euenerit illi fidantie ex illa fidancia, et poterit probare cum testibus uicinis Stelle, / totum dampnum emendabit illi suus auctor. Et si auctor erit in Iherusalem, aut captus a sarracenis, uel a malis xpianis, fidancia habebit spacium per annum et diem, et si interim ueniebat auctor, persoluat ipse aut fidancia illi cui debetur. Et / si auctor ibat Romam, aut sanctum Iacobum, aut petebat alium locum sanctitatis, habeat spacium per .VI. menses, et si interim ueniebat, / auctor, aut fidancia persoluat pecuniam illi cui debetur. Et si debitor est in uilla, aut in regno Regis, non dabit ei spacium decem / dierum, neque unius diei si sibi non placet. Et si contingerit quod debitor sit in uilla et terminus erit transactus, et dicet fidantie sue / ille qui pecunia debetur: "persolue mihi pecuniam meam, uel fac mihi persolui", et postea fugiet debitor in alienam terram, et fidancia queret / spacium, non dabitur illi. Sed si dicit: "da mihi spacium et queram illum", iurante fidantia qui querit spacium quod illo sciente non est in / regione nostra, habebit spacium contra orientem .X. dies, et simi-

*liter contra occidentem .X. dies, tamen cum sua iura, ⁊ contra meri /
dicm similiter .X. dies, tamen cum sua iura, ⁊ amplius non habebit spa-
cium. Et si alicui fidantie per suum iudicium aut per aliud / pignorabit
aliquis suum equum, aut roncinum, aut equam aut mulum, aut mulam,
omnibus diebus ⁊ noctibus quibus predictae bestie erunt / in pignus, da-
bit de engueris illi fidantie ille qui misit eum in fidancia .XVIII.
denariis, per unaquaque die ⁊ nocte, pro unaquaque istarum / bes-
tiarum, ⁊ pro equo, ⁊ roncino, ⁊ pro mulo, ⁊ pro mula, pro unaquaque
istarum bestiarum dabit .C. solidos de captali domino bestie, si ita
/ sit quod contingat predictas bestias mori dum sunt pignorate, pro
equa .I^a. solidos de captali, si ita sit quod contingat eam mori, /
dum est pignorata, pro asino, ⁊ asina, det .VIII. denariis de engue-
ris, .L. solidos de captali, si moriantur ut supradictum est. / Por-
ci non habent engueras sed quantum ualebunt. Si oues alicuius fidantie
erunt pignorate, auctor suus debet reddere ei caseum, ⁊ lanam, si
non fuerint tonse, ⁊ stercus, ⁊ etiam si tanto tempore stabunt in pignus
debet reddere sue fidantie oues cum filiis suis. / (fol. 7) Si aliquis ui-
cinus Stelle tenet fidanciam vicinum Stelle bene potest intrare in domo
sue fidantie, siue sit domus propria siue sit conduc / ta, causa pigno-
randi, sed si fiança potest ostendere suam bestiam uiuam extra limen
illi qui tenet cum fidanciam, non debet intra do / mum causa pignorandi
intrare. Et sciendum est quod iste sunt bestie pignorandi: equus, ronci-
nus, equa, mulus, ⁊ mula, asinus, ⁊ asina. Oues .X. aut plus, ⁊ non mi-
nus, ⁊ porci .V. aut plus, ⁊ non minus, ⁊ unusquisque istorum porcorum
habeat unum aut plus, set / si fidancia habet bestias uiuas in sua domo,
cues, ⁊ porcos, non debet recipere pro pignoribus. Et si fidancia su-
pradictas bestias / ad suam portam non monstrauerit, in domum sue
fidantie bene poterit intrare causa pignorandi, ⁊ debet suas bestias
pignorare, ⁊ si / bestias in domo non inuenit debet pignorare alia pi-
gnora, scilicet draps, ⁊ roba, ⁊ in tanta quantitate in prima uice quod /
ualeat duplum sue pecunie. Sed ropam sui lecti pignorare non debet,
neque uestes sue mulieris neque uestes suas, ⁊ post / prima pignora,
de tercio in tercio die potest pignorare, ⁊ talia pignora que ualeant
suam pecuniam aut minus, sed si alia pig / nora non inuenit in domo,
debet pignorare portas domus, ⁊ per forum .X. diebus debet illas por-
tas tenere. Et postea debet / accipere totam hereditatem suam, ⁊ debet
ostendere illi fidantie sigillum Regis ne intret in aliqua suarum heredi-
tatum causa colendi / uel causa fructus colligendi, ⁊ si forte fidancia
sigillum Regis transgreditur, det Regi de calonia .LX^a. solidos, ⁊
suo auctori reddat / in uoce pignoris omnes fructus integre quos ex
illis hereditatibus interdictis collegit, ⁊ debet tenere illam hereditatem
.X. diebus, / ⁊ transactis illis decem diebus, debet ipsum eicere de domo
sua, ⁊ debet ei ostendere sigillum Regis, quod ipse ⁊ tota familia sua /
exeant de domo, ⁊ omnes illi qui stabunt in domibus predictae fidantie,
⁊ quod non intrent in illas domos ab illo die in antea quo / usque sibi*

totam pecuniam persoluat, uel persolui faciat, ⁊ si forte transgredietur sigillum Regis, det Regi de calonia .LX^a. solidos, ⁊ / exeant de domibus, ⁊ debet istas domos .X. diebus tenere, ⁊ transactis illis .X. diebus debet ei ostendere sigillum Regis quod reddat / se captiuum in domo prepositi, uel in palacio Regis, ⁊ quod non exeat inde sine licentia prepositi, ⁊ si forte transgredietur sigillum Regis, / uel exiret inde sine licentia prepositi, det de calonia Regi .LX^a. solidos, ⁊ reddeat ad domum prepositi uel ad palacium Regis unde / exiuit, ⁊ auctor qui captiuauit eum debet dare illi fidancie quamdiu erit in captiuitate obolatam panis ad manducandum, ⁊ medium / carapiti aque ad bibendum in unaquaque die. Et si illa fidancia pignora monstrare noluerit antequam portas pignoret, postquam / portas pignorauerit non accipiet alia pignora nisi hereditatem suam, ⁊ postea corpus suum, quia non accipiet alia pignora si ille / qui pignora debet accipere non uult. Sed si inuenit bestias uel bestiam sue fidancie extra domum, bene potest eas pignorare, ⁊ / quamcumque bestiam pignorauerit, non reddet eam pro alia bestia nisi uoluerit. Quicumque magnas bestias pignorabit dominus bestie potest ei / dare ad manducandum in tribus primis diebus ⁊ non amplius, si ille qui eam pignorauit non uult. Sed postquam ille qui bestias pignorauit / ⁊ eas ad ieiunandum deputauerit, tali modo debet tenere ut possint se cubare ⁊ leuare. Sarracenus habet eundem forum quem habet mag / na bestia, sed postquam oues, aut capras, aut porcos pignorauerit, dominus eorum non poterit eis dare ad manducandum nisi uoluerit qui / eas pignorauit. Et quanauctor uoluerit primitus pignorare suam fidanciam, uxor illius fidancie bene potest defendere pignora in .I^a. uice, / nec est ibi calonia sed tunc auctor debet uocare aliquos uicinos, ⁊ testes eosdem facere, quod defensione uxoris, sue fidancie, dimittit in hac uice / illa pignora, ⁊ ex illa die in antea nec ipsa nec aliquis alius defendat pignora, ⁊ si hoc fecisset det Regi de calonia .LX^a. / solidos.

24. [De usurario.]

[U]surarius non debet pignora anguerare, ⁊ si pignora anguerauerit, perdet lucrum aut emendabit pig / nora, ⁊ si pignora emendabit, dabit lucrum ille cuius erunt pignora. Et ex his duabus causis erit in uoluntate illius / cuius erunt pignora, ⁊ non erit ibi calonia. Et si usurarius pignora que tenebat ad usuram, uel pignora fidancie usure, / sciderit uel minuet, emendabit tantum quantum ualebunt minus pignora, ⁊ insuper perdet lucrum, ⁊ si preposito querelam fecerit, da / bit usurarius Regi .LX^a. solidos de calonia si sibi probatum fuerit. Et si aliquis uicinus Stelle erit fidancia alicuius vicini, / (fol. 8) si illa fidancia habuerit bestias uiuas, aut alia pignora, aut hereditatem, non debent illam bestiam quam ipse uel filius suus equitat pig / norare, neque per frenum neque per capistrum capere, ⁊ si hoc faceret, det Regi de calonia .X. solidos, ⁊ reddat fidancie suam bestiam. /

25. [De abonitione.]

[H]oc est forum qualiter debet abonire uicinus suam fidanciam quam pignorauit, quia ita est, quod nullus debet abonire suam / fidanciam, usquequo fidancia persoluat ei suum debitum. Sed quando fidancia reddet aut faciet reddi suum censum, ille qui recipit censum, debet / dare fidanciam illi fidancie quam pignorauit ut aboniscat ⁊ quod sit manifestus de omni hoc quod pignorauit, ⁊ debet abonire, / ⁊ si dixerit ille qui abonimentum debet accipere: "non occidisti sicut est forum de pignore", ille qui debet abonire, debet iurare, ⁊ quando iura / bit debet tenere pedes supra coria, aut supra pignora si talia sunt, ⁊ iurabit quod sic occidit uel tenuit pignora sicut est forum de / pignore, ⁊ alius pro quo fuit pignoratus, ille qui est fidancia, debet totum emendare ⁊ redere illi fidancie sicut est forum, tamen si ille qui pecuniam / receperit abonire noluerit, emendabit illi fidancie totum hoc, quod ille qui misit eum fidanciam debebat ei emendare.

26. [De hostalage.]

[E]qus, equa, roneinus, mulus, aut mula, asinus, uel asina, de hostalage .I. denarium, ⁊ sella si ualet minus de .V. solidos sit hospitis, / sed si ualet plus de .V. solidos redimat sellam pro .XII. denariis ille qui uendidit bestiam. De draps de lana, ⁊ de fustanis de unaquaque / peça .I. denarium, ⁊ cordam ⁊ sarpilleram, tamen si trossellum uendetur ligatum det de hostalage hospiti .V. solidos aut hospes retineat me / dietatem illius trosselli, ⁊ si retinuerit non habeat illos .V. solidos. De penis conillorum de unaquaque pena .I. denarium. De panno sirico / de unoquoque .I. denarium. Vnaquaque cembelina .I. denarium. De unaquaque dozana martrinarum, ⁊ fuinarum, ⁊ murilegorum, ⁊ uulpium. ⁊ genetarum, / ⁊ agninarum .I. denarium. Conillorum centum .I. denarium. Auartonorum, centum .I. denarium ⁊ leporum, centum .I. denarium. Coriorum tanaz, aut haben / cium pilos, de uno corio .I. denarium ⁊ de .V. coriis .I. denarium sed si erunt .VI. aut .VII. aut .VIII. aut .VIII. aut .X., II. denariis. / De centum cubitis traporum lini .I. denarium ⁊ si fuerit trossellum ligatum .XII. denariis, ⁊ cordam, sed si hospes uult retinere medietatem, / retineat, sed non habeat hostalage. De trossello draporum de partanai .XII. denariis, ⁊ de sarpillera si est de lino, ⁊ cordam, uel / retineat medietatem trosselli, ⁊ si retinet, non habeat hostalage. De centum cubitis marfegarum .I. denarium. De unaquaque doz / zena moltoninarum .I. denarium. De unaquaque dozana boquinarum .I. denarium. De unaquaque dozana cordoanorum, ⁊ godeinecinorum .II. denariis. / De omnibus rebus que uenduntur ad pesum, de quolibet quintallo unam libram. De piscibus, ⁊ de carnibus non detur hostalagium. De / unaquaque dozana aceri, meaila.

27. [De emptione hereditatis.]

[S]iquis uicinus Stelle emit hereditatem alicuius ⁊ habet fidancias saluetatis / de illa emptione, ⁊ duos idoneos testes qui sint scripti in illa carta, si ille qui uendit hereditatem calumpniabit illam hereditatem, / aut queret, illi qui eam emit, si emptor potest probare cum duobus idoneis testibus quod de illo emit illam hereditatem, ⁊ poterit probare cum / testibus idoneis, quod uenditor tenuit se pro paccato de pecunia illius uenditionis, emptor cum uno teste debet iurare quod sic emit, / ualebit ei, ⁊ uenditor qui calumpniavit hereditatem det Regi de calonia .LX^a. solidos, ⁊ insuper debet dare illi qui emit hereditatem, / bonas firmes pro se ⁊ pro posteris suis quod nunquam habeat querelam de illa hereditate, ⁊ si forte contingit quod emptor hereditatis perdat / cartam sue emptionis aut combusta sit in igne, aut sit ab aqua corrupta, aut sit sibi furata, aut ui subtracta, emptor hereditatis / debet dare testes de illa emptione sicut suprascriptum est, ⁊ oportet quod alter testium uel utraque, habeat tantam hereditatem aut tantum de mo / bili, quantum ualet illa hereditas pro qua ipsi perhibent testimonium.

28. [De falso testimonio.]

[S]iquis exhibit aut perhibebit falsum testimonium, / ⁊ ille alius contra quem perhibuit falsum testimonium potest probare isti cum idoneis testibus, quod falsum testimonium perhibuit, emendabit ei / quicquid per suum falsum testimonium perdidit, ⁊ quia falsum testimonium perhibuit, corpus sit in arbitrio Regis. Sed si cum testibus non potest sibi / probari, per duellum se potest saluare, ⁊ si contingit quod sit uictus in bello, emendabit sicut suprascriptum est. Sed si forte potest duellum / (fol. 9) uincere, ille qui accusabat eum, det Regi de calonia .D. solidos, ⁊ sit homicida illius quem accusauit ⁊ omnium parentum suorum. Sed si in / primo uel in secundo anno non accusauerit illum, deinde nunquam ei respondebit, nec etiam ipse illum accusare audebit, ⁊ si faceret, det / Regi de calonia .CC.L. solidos.

29. [De presbitero.]

[P]resbiter si cum muliere coniugata fuerit captus, cum uno presbitero ⁊ uno fideli / laico debet probari, ⁊ presbiter sit in arbitrio Regis; similiter si inuentur cum alia muliere.

30. [De pignore.]

[S]i monachi aut clerici debent / dare censum alicui homini uicino Stelle, aut mittunt ei aliquam rem in pignus, aut faciunt cum eo ali-

quam conuenientiam, aut mittunt / ei aliquam hereditatem in pignus, si laicus potest probare cum duobus testibus laicis, ualebit ei.

31. [De hereditate.]

[S]iquis vicinus Stelle tenet / hereditatem alicuius monasterii ad censum, ⁊ monachi illius monasterii, aut canonici, aut clerici, aut heremite, uoluerit ei auferre / illam hereditatem, si ille qui tenet hereditatem habet inde cartam, tenens cartam in manu iurabit, quod illi dederit ei illam hereditatem ad / censum, ⁊ quod illam cartam sibi fecerunt, ⁊ ualebit ei.

32. [De vicinitate.]

[N]ullus vicinus Stelle debet ducere aliquem nauarrum causi/dicum ad causam ratione causandi, sed causa rogacionis bene potest eum adducere, sed pro causidico non recipietur, ⁊ si contingat quod duo vicini / Stelle debeant duellum facere, nauarrus de foris non recipietur ad uigilandum neque duellum faciendum. Et si illum auferre noluerit, / iuret quod non fecit eum uenire ratione causandi, sed si iurare nollet, aut expellere illum causidicum nauarrum, sit uictus de causa, / secundum prouidentiam arcaldi ⁊ prepositi, ⁊ sex honorum hominum Stelle.

33. [De domino et famulo.]

[H]oc est forum inter dominum ⁊ famulum. / Si iudium inter dominum ⁊ famulum aduenerit, ⁊ famulus domino aliquid pro solidata quereat, ⁊ dominus dicat: "istum censum tibi non promisi", opus / est ut famulus cum testibus hoc probet, ⁊ si probare non potest, a domino iuram non habebit. Et si dominus famulum suum de domo eicit, si / famulus testes non habet, nec habebit iuram a domino nec solidatam. Sed si famulus fuerit eiectus de domo, ⁊ dominus iustam causam non habet qua / debeat illum de domo eicere, si famulus testes inde habet, dominus dabit ei solidatam suam, ⁊ potest recedere immunis, sed si dominus eicit / famulum de domo habendo iustam causam ⁊ hoc probare potest, famulus eiectus nichil de sua solidata habebit, ⁊ siquid ex illa solidata accepit, domino integre reddat. Et sciendum est quod iste sunt cause quibus potest dominus eicere famulum de domo, scilicet pro furto, / uel si uiciant pedissecam aut nutricem, uel si uocat dominum latronem prouatum, aut proditorem, aut deiectum, aut habentem os fetens, uel / nomine castelle, si aliquam istarum causarum poterit dominus probare contra famulum, perdat famulus solidatam ⁊ det caloniam Regi sicut est / forum, sed si dominus probare non poterit, iuret famulus quod non fecit neque dixit hoc, ⁊ sit immunis.

34. [De homine mortuo.]

[S]i homo / mortuus debebat dare pecuniam alicui homini, si ille qui querit pecuniam non potest probare quod ita debebat ei illam pecuniam ille / homo mortuus, filii hominis mortui iurent quod ipsi nesciunt quod pater eorum debebat ei illam pecuniam, ⁊ sint immunes. Pro matre / mortua faciant filii similiter. Et si filii hominis mortui dicunt illi qui querit pecuniam: "bene potest esse quod pater noster debebat uobis istam / pecuniam, sed ipse persoluit uobis eam", opus est quod hoc probent, ⁊ si probare poterint sint immunes, sed si probare non poterint, iuret / ille qui querit pecuniam quod pater eorum non persoluit ei illam pecuniam, ⁊ filii reddant ei integre pecuniam.

35. [De mercatore.]

[S]iquis emit bestiam alicuius peregrini qui non sit de regno Nauarre aut bestiam alicuius mercatoris qui non sit de regno Nauarre, / si habet duos testes, cum iura sua ⁊ cum iura unius testis, habebit suam bestiam ⁊ ualebit ei, sed si testes non habet, iuret quod sic emit / illam bestiam de peregrino gerente speram ⁊ baculum aut de mercatore, ⁊ ualebit ei. De hominibus autem provincie quicumque emerit bestiam, / firmes saluetatis accipiat, ⁊ ad .X. dies debet habere auctorem, ⁊ ad .VII. dies alium auctorem, ⁊ ad .III. dies alium auctorem, ⁊ ibi finat / causa. Et est sciendum quod ille qui exit auctor, non potest esse auctor nisi det fidanciam quod det auctorem, bestia tamen existente in presenti.

36. [De comanda.]

[S]iquis moritur ⁊ in comanda alicuius hominis filium suum miserit, si ille qui tenet illum puerum in comanda sua faciat ei ali / quam iniuriam uel decipit ipsum in aliquo, scilicet quod faciat sibi dari aliquem censum, uel aliquam terram, aut mittat ipsam fidanciam ad opus / sui aut ad opus alicuius alterius, quamuis in sua comanda .XX. aut .XXX. annis permaneat aut plus, in quocumque ipsum deceperit ei debet / plenarie emendare, ⁊ propter hoc de custodia illius boni hominis non debet exire donec dicat coram testibus: "nolo esse de cetero in uestra / comanda nec in uestra custodia", aut ipse dicat: "nolo ut amplius in mea comanda aut in mea custodia permaneat", ⁊ hoc similiter dicat / (fol. 10) coram testibus.

37. [De anulo.]

[S]iquis mittit anulum suum aureum cum gemma in pignus alicui, aut accomodat, aut in custodia committit, / si ille qui recepit anulum in pignus, aut accomodat, aut commissum, ipsum perdidit, reddat ei

alium anulum cum gemma cum iura sua quod tantum ualet quantum ualebat ille quem recepit in pignus, aut accomodatum, aut commissum, et ualebit ei, sed si iurare / nollet, det domino anuli .C. solidos, et sit immunis. Et si quis suam lorica[m], aut suas braoneras, aut suum elmum, aut suum ensem, mittit / in pignus alicui, aut accomodat, aut committit, si aliquod istorum perdidit, reddat ei aliam lorica[m], aut alias braoneras, aut alium elmum, aut alium ensem, cum sua iura tamca[m] quod tantum ualet quantum ualebat illa lorica quam perdidit, similiter de braoneris, et de elmo, et / de ense, sed si iurare nollet, reddat ei pro unoquoque istorum .C. solidos, et sit immunis. De anulo argentei reddat ei quantum ualet.

38. [De testimonio.]

[S]i quis uicinus Stelle faciet testem, alium suum uicinum, et se semel testem concesserit, non potest ei debegare tes / timonium, sed si uidet uel audit et non concedit se ei esse testem, non erit ei testis nisi uult; sed si ille alius dicit: "tu fuisti michi / testis", et ipse dicit: "hanc potest esse sed non recolo", debet se saluare cum sua iura, quod non recolit se esse suum testem, et erit immunis, / sed si iurare non uult perhibeat testimonium.

39. [De coniugio.]

[S]i quis habet filium natum in fornicatione, si pater suus dederit ei unam / uineam, aut unum campum, aut aliquam hereditatem, aut aliquos denarios, postea iste filius sic genitus non sorcietur in aliquo, cum / suis alijs legitimis fratribus, sed si pater in testamento suo non assignat illi filio sic genito aliquam hereditatem aut aliquos denarios, habeat / de bonis patris sui .XX. solidos, tantum et nichil aliud plus; et si pater moreretur²³ sine testamento habeat similiter de bonis patris sui .XX. solidos, / tantum et nichil aliud plus. Sed si quis habet forte filium uel filiam in adulterio genitum uel genitam, penitus nichil habeant de bonis patris sui / et matris, neque de mobili neque de hereditate, et si forte pater, aut mater fecisset aliquod donatium filio sic genito uel filie / sic genite non ualeat eis neque de mobili neque de hereditate, quamuis habeant de illo donatio bonas fermes.

40. [De uestimento hominis.]

[S]i quis uicinus Stelle pignorat suo uicino mantellum aut aliquam suarum uestium, aut expoliat illum cum ira, det Regi .CC. L. solidos / de calonia, et reddat pignora.

23 Parece se comenzó a corregir la *e* y poner *moriatur*.

41. [De tritico.]

[S]iquis pignorat *triticum* quod ferunt ad molendinum, uel *farinam* quam ferunt de / molendino, aut panem, aut uas quod uadit ad uinum aut uenit, reddat hoc quod accepit, ⁊ det Regi de calonia .LX. solidos /

42. [De barba.]

[S]iquis cum ira trahit aliquem uicinum per *barbam*, det Regi, de calonia .M. solidos.

43. [De brachio.]

[S]iquis per iram frangit / *brachium*, aut *tibiam*, alicui uicino, det de calonia Regi .CC. L. solidos.

44. [De uicinitate.]

[S]iquis uicinus Stelle uendit uel uult / uendere suam *hereditatem* nullus uicinus possit querere illam *hereditatem* ratione uicinitatis uel *ratione consanguinitatis*.

45. [De muliere.]

[S]i mulier facit aliquod *donatum* suo marito, uel soluit ei aliquod *debitum*, oportet quod mulier *habeat* .XII. annos aut plus, ⁊ in / super quod det ei bonas *fermes*, quia aliter non ualeret.

46. [De mantello.]

[S]iquis mittit in *pignus* mantellum suum alicui, aut accome / dat, aut committit, ille qui recepit mantellum in *pignus*, aut *acomodatum* aut *commisum*, si eum perdiderit, reddat ei alium mantellum / cum sua iura quod tantum ualet, ⁊ si iurare nollet, persoluat domino .C. solidos pro mantello.

47. [De ecclesia.]

[Q]icumque ecclesiam / *sacratam* uiolauerit ⁊ in ea *homicidium* perpetrauerit .DCCC. solidos pro uiolamento ecclesie, ⁊ *homicidium* ultra, ⁊ si *sacrata* non est, / LX. solidos ⁊ *homicidium*.

48. [De sacerdotibus.]

[Q]icumque *presbiterum* aut *diachonum* uerberauerit aut occiderit, pro *presbitero* .DCCC. / solidos de calonia, ⁊ pro *diachono* .DCC. solidos de calonia.

49. [De homicidio.]

[S]iquis uicinus interficit suum uicinum, ille qui est homicida / exeat de uilla per annum unum ⁊ diem unam, ⁊ transacto anno ⁊ die, qui interfecit hominem cum consilio ⁊ defensione prepositi ueniat / ad uillam, ⁊ compleat forum proximiori parentum interfeciti, ⁊ forum est tale: iuret ei in ecclesia sancti Petri super altare sancti Iacobi super sacra / Euangelia²⁴ quod non interfecit parentem suum, ⁊ hoc facto ille qui iuram recipit, pura mente ⁊ corde pacifico det ei osculum pacis, / ab illa die in antea pro interfectione illius hominis, ipse uel aliquis aliorum parentum ei aliquod malum facere non presumat.

50. [De pignore.]

[N]ullus uicinus debet pignurare suum uicinum si sua fidancia non est, ⁊ si pignorat uicinum suum qui fidancia non est, debet de / calonia .XX.V. solidos, ⁊ debet reddere pignora. Sed si uicinus pignoratus preparat fidanciam super pignoribus suis, ⁊ alter non uult eam / accipere, ⁊ nox transeat, debet de calonia .LX. solidos, ⁊ pignora reddere, ⁊ insuper angueras pertinentes illis pignoribus que / (fol. 11) pignoraui. Sed hominem de foris bene potest pignurare si est debitor suus aut fidancia sua, aut pro quacumque querela de ipso habeat, donec / fidanciam det ei de iure complendo, aut donec compleat ei quantum arcaldus iudicabit. Et si contingat quod non inueniat ei alia pignora / non permittet eum a se recedere usquequo satisfaciat ei secundum prudentiam arcaldi ⁊ in hoc non est calonia, quia si ita non esset, quando que/relosus quereret prepositum uille, ille de quo habet querelam fugeret aut se absconderet, ⁊ querelosus perderet suum ius.

51. [De cotibus.]

[F]orum est ut omnes coti quos statuerit consilium uille propter iusticiam de pane, teneantur, aut de piscibus, ⁊ pro quacumque causa consilium interdictum / miserit, ut accipiant calumpniam, ⁊ ultra etiam inde faciant iusticiam, ⁊ hoc quamdiu consilio uille placuerit, ⁊ omnem calumpniam quam con / silium mittere uoluerint mittent secundum uoluntatem consilii, ⁊ iusticiam similiter secundum uoluntatem consilii, ⁊ est sciendum quod omnes cotos quos / consilium fecerit, possunt eos quamdiu uoluerint obseruare, ⁊ quam cito uoluerint renocare, quia sic est forum.

52. [De homine verberato.]

[S]i aliquis uerberat uicinum, aut frangit ei os, aut aufert ei uestimenta sua, aut facit ei aliquam iniuriam, aut dicit ei / aliqua uer-

24 Escrito: euuglia.

ba in quibus potest esse calumpnia, si testes inde habuerit et testimonium perhibeant, medietas illius calumpnie erit illius qui dabit / testes, et alia medietas prepositi uille. Sed si testes dare non poterit, et ille qui negat ad iuram ducatur et redimit suam iuram, ibi / querelosus non sorciatur, quia tota calumpnia erit prepositi uille, et postquam querela facta sit, querelosus sine preposito non potest iuram di / mittere, nec prepositus sine quereloso iuram potest dimittere pro aliqua redemptione, et postquam satisfactionem recepit ille qui conquerebatur, in signum / pacis det osculum illi de quo querelam fecit.

53. [De lapide.]

[S]iquis eicit lapidem cum ira et percutit suum uicinum, det de calonia .D. solidos / et si lapis eiectus non peruenit usque ad hominem, det de calonia .CC.L. solidos, et si lapis transit ultra, quamuis hominem non percuciat, / det de calonia .D. solidos.

54. [De sarraceno.]

[S]i sarracenus aut bestia alicuius uicini percuttit aliquem uicinum, si dominus sarraceni, / aut bestie, negat, sibi debet probari cum duobus testibus uicinis christianis, et si ei probari non potest, dominus sarraceni aut bestie iuret quod sar / racenus suus aut bestia sua non percussit hominem, et si iurare non uult, reddat sarracenum aut bestiam.

55. [De domino.]

[S]i dominus / uille dicat alicui uicino Stelle: "tu fecisti hoc malum", uicinus non debet respondere domino si querelosus non est presens, quia dominus est, et potest / dicere quicquid sibi placuerit siue bene siue male, sed querelosus debet conqueri domino uille, et dominus uille debet ei exhibere iusticiam siue ius, secundum / prouidenciam arcaldi, prout est forum.

56. [De pesquisa.]

[V]icini Stelle nullam habent pesquisam per forum contra aliquem hominem pro aliqua causa, sed testes / debent dare aut iuram, aut bellum si francus est pro debito mille solidorum, aut plus.

57. [De christiano et iudeo.]

[S]i aliquis iudeus debet aliquid / christiano uicino Stelle, et iudeus uult negare, cum duobus testibus debet ei probare, scilicet cum christiano uicino Stelle, et cum uno iudeo, et iudeus / christiano similiter, sed si iudeus debet aliquid homini de foris, ille homo de foris proba-

bit iudeo cum uno christiano ⁊ uno iudeo, iudeus homini de foris, / cum uno christiano ⁊ uno iudeo similiter. Et si forte christianus habet cartam de rabi, iudeus non potest christiano negare suam pecuniam, quia tantum uolet christiano / carta de rabi contra iudeum quantum si haberet testes contra eum, sed si iudeus dicit christiano: "iam persolui tibi tuam pecuniam", necesse est iudeo quod probet / cum testibus quomodo persoluit christiano suam pecuniam, ⁊ si probare non potest, iuret christianus qui cartam de rabi tenet, quod iudeus non persoluit ei suam / pecuniam, ⁊ reddat iudeus totam suam pecuniam christiano. Sed si forte contingit quod iudeus moriatur, filii iudei debent facere quemadmodum pater / suus ius suprascriptum, si ita est quod cartam de rabi habeat christianus. Sed si christianus moritur ⁊ filii sui petunt iudeo pecuniam quam debebat patri / suo ⁊ cartam de rabi teneret, ⁊ iudeus dicit se persoluisse illam pecuniam suo patri, opus est quod hoc probet cum testibus, prout est / forum, ⁊ si probare non poterit, iuret filius qui cartam tenet quod pater suus non fuit paccatus de illa pecunia, ⁊ persoluat iudeus filio totam / pecuniam. Sed si christianus habet aliquam causam cum iudeo pro aliqua pecunia, aut pro aliqua uerberatione, aut pro quacumque causa, si christianus non / (fol. 12) habet cartam aut testes, iudeus cum sua iura se saluabit, ⁊ erit immunis, ⁊ christianus similiter cum sua iura se saluabit contra iudeum, si iudeus testes / non habet.

58. [De gauillano.]

[S]i aliquis furauit gauillanum, det domino gauillani si probari potest .C. solidos, ⁊ si conqueritur dominus gauillani preposito, det / de calonia .LX. solidos, ⁊ si mutatus fuerit pro unaquaque muda persoluat .C. solidos. De falcone ⁊ de accipitre similiter.

59. [De gallina.]

[Q]uicumque furabitur gal / linam, aut anserem, aut anetam, debet reddere pro una gallina tres gallinas, ⁊ pro uno anserc tres anseres, ⁊ pro una aneta tres anetas, ⁊ / .LX. solidos de calonia, si querela inde exit, ⁊ qui furabitur de gabia auem cantantem, si querela inde exit .LX. solidos de calonia.

60. [De columba.]

[Q]uicumque columbam de columbario in laqueo aut in reti, capiet, aut in gluto, pro unaquaque columba dabit domino columbarum si probare potest .V. / solidos de calonia, ⁊ qui columbas de columbario furabitur, reddet pro unaquaque columba tres, ⁊ .LX. solidos Regi si querela inde exit.

61. [De mercato.]

[Q]vicumque ad mercatum ueniet non debet esse pignoralus nisi sit debitor aut fidancia. Et aliquis homo de foris non mittat arma in mercato, / nisi sit transiens, ⁊ si miserit perdat arma, ⁊ non det caloniam.

62. [De canibus.]

[Q]vicumque leporarium aut alanum furabitur uicino suo, det / domino canis .C. solidos ⁊ Regi .LX. solidos si quererela inde exit. Et qui podencum furabitur, reddat domino podenci pro uno podenco tres podencos / ⁊ .LX. solidos Regi si querela inde exit. Qui mastinum qui domum custodit furabitur aut occidet, reddat domino mastini pro uno mastino, / tres, ⁊ det Regi .LX. solidos de calonia.

63. [De hominibus de foris.]

[H]omines de foris non debent uinum ferre in Stellam causa reponendi, / ⁊ si ferunt uinum, perdant uinum ⁊ medietas illius uini sit Regis, ⁊ alia medietas consilii uille, ⁊ ille in cuius domo inuenietur uinum, det / Regi de calonia .LX. solidos.

64. [De turpis sermonibus.]

[I]sti sunt sermones turpes in quibus est calonia, scilicet latro probatus, traditor, deiectus, / os fetidum nomen castelle, sed si ille qui aliquem istorum turpium sermonum dixerit negare uoluerit, ⁊ alius cum idoneis testibus probare poterit, / pro unoquoque istorum uerborum det Regi de calonia .CC.L. solidos ⁊ si non habet testes, iuret ille qui fuit accusatus quod non dixit, ⁊ erit im/munis, sed si forte de manifesto uenit quod ipse dixit et illud uittuperium ⁊ iurat quod hoc dixit cum nimia ira, ⁊ non propter hoc quod / sciat hoc esse in ipso, det de calonia .VI. solidos .VI. denariis .VI. meallas ⁊ erit immunis.

65. [De segete.]

[O]mnes homines de foris / in die mercurii, ab hora nona usque ad noctem ⁊ per totam diem iouis usque ad noctem, debent dare emendam peditibus alcaydi castelli, de / omni segete quam cum roua mensurabit.

66. [De franco et nauarro.]

[S]i aliqua causa uentitur inter francos uicinos Stelle ex una parte, ⁊ nauarros ex / altera, in omni causa quam habeant nauarri contra francos uicinos Stelle, ⁊ franci contra nauarros, cum testibus debent sibi

ad inuicem probare, / scilicet cum uno nauarro ⁊ uno franco, ⁊ francus uicinus Stelle debet esse talis qui non teneatur dare pectam alicui domino nomine uillanie, saluo / tamen censu, ⁊ talis etiam qui domum teneat. Et nauarrus debet esse citra Liçagorriam, aut citra pontem de Arqueta, aut citra Pampionam, / aut citra pontem sancti Martini Duis, ⁊ debet habere suum focum ⁊ suam mensam, sed si cum testibus probare sibi ad inuicem non poterint, de omni / causa erunt liberi cum una iura.

67. [De domo.]

[S]i aliquis uicinus Stelle uendit suam domum aut suam hereditatem alicui, ⁊ iste qui uendit / suam domum, aut suam hereditatem, debet alicui uicino suo aliquam peccuniam, ille cui peccunia debetur bene potest sigillare comparatori / illam domum aut illam hereditatem donec debitor suus reddat ei suam peccuniam, aut fidanciam de iure.

68. [De testibus.]

[S]iquis uicinus Stelle / dat fidanciam alicui uicino Stelle de testibus per peccuniam aut per uerberationem, si ad diem assignatam testes dare non poterit, propter hoc / non debet dare calumpniam. Sed si prepositus dicat: "tū accepisti peccuniam, aut tibi promissa fuit, propter quam Rex perdit suam calumpniam", debet / se saluare per unam iuram quod non recepit peccuniam, nec sibi promissa fuit, qua Rex perdat suam calumpniam ⁊ erit immunis.

69. [De calumpniare hereditate.]

[S]i aliquis uicinus Stelle calumpniat hereditatem alicui uicino suo, ⁊ postea ille qui calumpniat hereditatem erit uictus de illa causa, / det Regi de calonia .LX. solidos, ⁊ insuper confirmet pro se ⁊ pro posteris suis hereditatem quam calumpniauit uicino suo.

70. [De iudicio arcaldi.]

[P]ostquam iudicium arcaldi datum fuerit ⁊ ipse diem dandi iuram, aut testes, assignauerit, oportet ut adimpleatur iudicium usque ad / terciam, quia sic est forum, ⁊ qui iudicium usque ad terciam non compleuerit erit uictus.

71. [De burgensibus.]

[S]i quis uicinus Stelle negat suam pecuniam / uicino suo ⁊ cum testibus ei probare poterit, reddat ei suam peccuniam, ⁊ det .V. solidos de calonia. Ex istis erit medietas illius qui dabit / (fol. 13) testes ⁊ altera medietas prepositi. Sed si ille qui negat ad iuram ducatur ⁊ re-

dimit suam iuram, tantum quantum dabit pro redemptione iure / sue, tantum debet preposito de calumpnia de .LX. solidos ⁊ de minus. Sed si debitum est plus quam .LX. solidos, reddat debitum, ⁊ LX. solidos Regi / de calonia ⁊ non plus. Sed si forte ille qui iuram debebat recipere non ueniet ad diem sibi assignatam, ⁊ prepositus dicit ei: "frater, tu recepisti pec/cuniam, aut tibi promissa est pecunia, aut aliquam conuenientiam cum aduersario tuo fecisti quare Rex perdit suam calumpniam", necesse est ei quod saluet se cum sua iura quod non recepit pecuniam, nec promissa est ei pecunia, nec conuenientiam cum aduersario suo fecit quare Rex perdat suam ca/lumpniam, ⁊ erit immunis.

72. [De foro.]

[F]orum est ut omnes eant in exercitum sicut suprascriptum est, sed multe occasione superueniant quibus non / possunt ire in exercitum, sicut sunt infirmitates, uel si mulier iacet in partu, uel si uicinus non est in hac patria, uel si uicinus est in alia / uilla de Nauarra ⁊ non audit preconium de exercitu, uel si pater suus, uel mater, uel uxor iacet ad obitum mortis, pro ulla alia causa / non debet remanere quod non eat in exercitum, uel mittat suum pedonem, uel habeat amorem prepositi uille Et si non habet aliquam istarum / occasionum, ⁊ non ibit in exercitum, uel non mittet suum pedonem, det de calonia .LX. solidos.

73. [De lezda.]

[I]n die Iouis non capi/antur lezde nisi de his que mensurantur cum roua, ⁊ uicini Stelle possunt uendere per totam septimanam in suis domibus, ⁊ non dabunt lez/dam, nisi in die mercurii, ab hora nona in antea scilicet usque ad noctem ⁊ in die Iouis usque ad noctem, sed si uicinus uendiderit ⁊ cum / roua mensurauerit ⁊ pedonibus alcaidi castelli debitam lezdam non dederit, ⁊ alcaidus cum testibus uicinis ei probare poterit, det / uicinus alcaido .V. solidos de calonia ⁊ reddat debitam lezdam, ⁊ testes non debent iurare, sed debent dicere deo ⁊ suis animabus: "nos [ui]²⁵ / dimus in domo illius uicini tali die cum roua mensurare", sed si alcaydus testes non habuerit, iuram a uicino Stelle non habebit.

74. [De sigillo regis.]

[S]iquis uicinus monstrat sigillum Regis uicino suo pro aliquo debito aut pro aliqua querela, si ille cui sigillum Regis monstratur in illa / die usque ad completorium amorem sui querelosi non retinuerit, uel fidanciam de iure compleado secundum prouidenciam arcaldi super sigillo Regis ei / non dederit, det de calonia .V. solidos Regi

²⁵ Roto el perg.

si querela inde exhibit, sed si prepositus uel sayon monstrat sigillum Regis illi uicino qui amo [rem] ²⁶ / sui querelosi non retinuit, nec sigillo Regis obediuit, quod faciat illum querelosum sine querela, ⁊ quod det calumpniam oportet quod eadem die faciat eum sine ²⁶ querela, uel quod det fidanciam preposito de iure complendo secundum prouidenciam arcaldi ⁊ si hoc non fecerit det de calonia años. V. solidos. Sed / sciendum est quod ille qui preparatur pro fidancia super sigillo Regis, debet esse uicinus domum tenens ⁊ talis qui in hereditate uel mobili habeat pignora que ualeant .LX. solidos aut plus.

75. [De exercitu.]

[F]orum est quod .XII.cim iurati dum sunt in seruicio uille non debent ire in exercitum [⁊] ²⁶ / arcaldus similiter ⁊ tres uicini Stelle quoscumque arcaldus eligerit non debent ire in exercitum.

76. [De pignore.]

[S]i uicinus uicinum pign[ora] ²⁶ / bit, teneat pignora de manifesto, ⁊ si pignora negare uoluerit, si ille cuius sunt pignora cum testibus uicinis ei probare poterit, reddat / pignora ⁊ det Regi .LX. solidos de calonia.

77.

[S]i aliqua causa acciderit inter uicinos Stelle que non sit scripta in / foro, iudicium quod dabit arcaldus cum consilio iuratorum Stelle super illa causa, ualebit ⁊ habebit ratitudinem quia sic est forum, quia si ²⁶... esset, Rex perderet suam caloniam ⁊ pauper uicinus suum ius.

IV

SOLARIEGOS Y COLLAZOS NAVARROS

UN DIPLOMA QUE LOS DIFERENCIA

Dada la situación actual de la investigación de nuestra historia social de la Edad Media, quedan aún por resolver mil cuestiones del mayor interés, entre ellas varias relativas a las diferencias jurídicas y económicas que separaban a las clases inferiores en los siglos posteriores de nuestro medioevo. Uno de los puntos aún oscuros es el referente a los solariegos y collazos, cuya identidad o diversidad constituye todavía un problema. Ni Hinojosa, ni Mayer, han visto claro en este asunto. El último los tiene por una misma

²⁶ Roto el perg.